

lum. Argutè beatus Ennodius:

Dentibus argenti fuluum concluditur aurum:

Centennat nullus verba pulchra pati.

Exornat Deus amore supplicia: pretium sumum est seueritatis diuinæ:

Qua despiciunt mundum iungit mens docta, flagellum

Exornans censu nobilitate plágas.

Argenti, atque auri vapulat quicunque metallas.

Cæterum Sapiens hyacinthos illas vocavit gemmas: quia mōre iuuent & exhilarant cor. Mors, & morbus, & angustia, quin & tristitia ipsa latabit nos, diuina illo dilapsa pugno. Ipsa miseria cordialis erit, si ab illa manu accepias. Et natura, & ars Dei, beneficentia est. Perita est diuina dextra beneficiendi. Solent artifices, & pictores artem ostentare in scoropione, viperam, atrocem, secundum aliquo repulsi potius, quam in forma regia. Exhibetur quoque dexteritas diuinæ manus in ægris, & duris: ibi magis nitet: maius, inquam, si non fulget, late beneficium. Ex his itaque constans erit, qui non amet inconstanter, ut est ipse, sed, ut sunt illa, inconstanter.

Sic idem ipse erit inter diuersa. Varios fortuna gestus uno vultu spectabit; & expectabit atrocem, iridibundosque sereno.

*

EPI

EPISTASIS.

In alienis casib. dissimulanda est constantia.

Sed, quia in alienis iacturis latus Sapientis in Cap. 72,

quod sicut cum peccatis, nec coram, nec continua manu possit, per tertium tunc molitur. Plus, opinor, iusto viro laborandum est cum damnis alienis, quam propriis. Etenim, cuius patientia passione non vincitur, compassione tentatur: quem non monet casus proprius, hunc praecipue commouet alienus. Sapientis vitam, qualiam præcipua est, utilissimam puta: non sibi tantum, sed aliis quisque vivit: vitam imprudentium, qui adhuc sibi non vivunt, fideicommissam habet, velut tutor publicus vulgi. Elegerat Menander ait:

Totū scilicet τὸ ζῆν, ἡ εὐτυχία ζῆν μέλειν.

Quare illud est vivere, non sibi vivere solum. Bene vivere, non est quid priuatum, & solitarij iam.

boni: in alios effluat sensus vite bonæ. Tutor ciuilis pupillorum ministrat fortunas: sapiens, qui tutor populorum naturalis est, etiam senum, fortunam curat alienam. Pretium propterea erit alicuius mōre, quomodo in hac se gerat? An vultum mutare oporteat mutata, saeuientique rerum facie? Licet quidem mutare gestum, non animi, sed corporis, & sicca, virili, stabiliisque mente defletere madidos oculos, maternum

*Hoc est vivere
re, non sibi
vivere solum;
vivere tam;*

G 3 deicē

deūcere vultum ad eos , qui, se deiectos , misérōsque c̄redunt. Inter lacrymas & lacrymatus felix tamen erit abstinentia sua cupiditatis , timoris , sp̄i : & quamvis in aſylō fortunæ sit, inde quia ſecuris impugnat illam, & iam in ſe vietam ſtudet vincere in aliis ; aperto bello in alienos campos copias ſuas educit ; viētricibus armis ubique infequitur , &c , vt Tzetzes ait,

*Benefacens
hominiōs,
undequaque
demet̄ mā-
litiam.*

*εὐργενῆς ἀθηναῖος, αὐταῖς τοιούτοις κακοῖς.
Cum vim ſui animi alienum peccatum minus poſſe munire videat , ſtrategemate aggreditur ad ſolandum infortunatum, leuandumque ſpe (altissimo omnium caſu) deicetum, &c ſentientem, nondum contiguum, felicitatem grauem. Moleſtam ſarcinam Antithenes dixit bonum virum. Quis afflentiet, niſi miseri, dum ſine ſenſu miseria manent? Sed hoc ipo iam leuior vir bonus eſt, cum illius ſentiant improbi moleſtiam, non ſuam. Grauior plaga eſt, que ſenſum admittit, quam que dolorem incuſit. At, ſi minatur eorum miseria, cum noſcitur, ſequiſ miseros inuiti vi- dent, (parum refert, non credant,) leuen, ſalutare inque tunc fatentur virtutem , & ab ea ſaltem aliena dextra ſubleuantur , capiuntque ſolatum. O leuamen torius humani generis , etiam eorum, quibus grauis eſt ! Tua manus leuat repugnantem tibi, &*

defectum forte labore,

Nilus ut Aegyptum, ſic tua lingua fouet.

Etiā malos, quoniam contactu nūquāma tua puritas attaminata fuit, per bonos auxiliariſ.

Hoc,

Hoc, quod de Boneſilio Duce cecinit Venerantius, in omni alumnō virtutis verum iudicio ; manu recret, cōſilio fouer: quoſ ex ſua palma excutit fortuna, heſ in ſua excipit. Hinc aliter intelligo, quām Philo, quod Iudaorū Legiſlator ait, ſapien- tē graues manus habere. Quid mihi, iū pendent inde, qui ſibi ſunt graues, iſtuli, miſeri, flententes?

Sed, vt hos leuer, neceſſe eſt fletri, & quodam- Cap. 73.

modo blandiri miſeria, vt repugnet. Proptiu- mò constantis, & felicis eſt. Tuò hic potest tu- ta felicitate deſcendere, & ſe miſere miſeria. Nemo immobiſis manens rapidis deuoluto vni- diſ ſuccurret: nec ſi pariter fluetus eum inuol- uat, trahet alterum. Aliud eſt denici, aliud incli- nari. Ne cadas, ſecurus animus fit, & ſepotitus fortuna. Inclinari licet, vt erigamus alios. Nullus iacentem ſuſcitabit, niſi inflexione ſui. Opor- tet medicatur affecto, quodammodo affen- tre affectui. Huius generis pōtio, ſolatiu- m̄ eſt, vt non ſanet ægrotum, niſi ſimiſi morbo videat ægrotare Medicum: alioqui ſuſpecta putatur, & pōtius quid veneni, quam pharmaceu- m̄ propi- nari. Contraria conciliare opus eſt. Qui affectu oprimunt, negat fidem affectibus exempto: & qui affectu ſuperatur, ſuccumbenti alteri ma- num non valebit porrigit. Quare, qui affectis medetur, oportet, non habeatur affectibus, & monſtret habere. Aliud eſt feruare illis, aliud do- minari: aliud haberi, aliud habere. Debet non teneri ſoluturus alios. Morata equitum tur- man Muſonianus videns inſpectuorum quid

augurij capiendum ab occurrente aliter, tanquam aliud agens tetendit arcum, confosamque prima sagitta auem in terram dedit: tunc ridens socios arguit: parum inquit posse ab irrationabilibus consilij, & opis capere, siquidem nescirent, quæ ad se ipsa pertineant. Prius est sibi cauile, quam alii. Auxiliatur manus in se iniciatur: at nisi madida naufragum non redimet.

Cap. 74.

Quid, anne simulationem consulimus? Nequamquam: lacrymas concedimus communes cum miseri, non lacrymarum causam. Miseri miseriam deplorant: felix ille, & sapiens, ipsos miseros flet cum flentibus, quia male flent; non mala, que flent: non flet fortunæ potentiam, sed infirmitatem humanam. Lacrymantem Solonem reprehendit quidam, quod defleret, cum luctus non sit fortunæ potio, nihilque prodeflent lacrymae. Hoc ploro, inquit, quod nihil prosum. Communem fletum habuit, non materialiam. Id potest vir sapiens, & horribilis, atroxque fortuna deflere, quod flect mortales, cum nihil proficit fletre. Cum modestum, euulantemque videt, solum se commouet, vt soletur illum, non vt putet malum pati calamitate deplorata ex his externis. Distinguit subtiliter, hominem illum non affligi casu fortunæ, sed opinione sua: non enim infortunati sumus, quia sumus; sed, quia putamus. Manus aliquod malum, quam ipsum malum deplorat, non ferti malum; & plus patientiam, quam patientem. Malum verum, quod ibi noscitur, est malum falsum ignorare. Hoc flet, quod

In alienis casib, dissimulanda constantia. 105
quod defleatur. Qui ita dissimulat constantiam suam, non similitudinem facit. Nequaquam impensis illum facimus; sed patientem, & compatientem, ipsius adhuc compassionis patientem. Licet extra vulgus hominum mittamus, humanum volumus in vulgo. Non propterea interpellamus pacem, & serenitatem suam, hoc ipso, quod flet; quia vult, & iustè vult. Non est turbidus, non anxius, non miser, imò felix, id est, sui erit, & sibi hilaritate arcana felicius. Egregie diuinus Ioannes Scholasticus, fletum proborum dixit animæ risum.

Ceterum Gregorius Nazianzenus Cap. 75.
laudat fratrem cum larua seruientem aula. Intus Anachoreta, coram aulicis fuit. Praeflat hac astutia negotiis (necessaria dico) committi, & pro rerum incursu casidem componere, si necepsit. Non est in iactu fortunæ directo, in iactura, inquam, propria: semper in hac placet nudus, sincerusque vultus, & natius color, animi serenitas. Tam fortis animus sit, vt nudus spectet fortunam, nudus vincat, non tantum sine armis, sed sine veste. In alieno discrimine, & salutari prætextu, quandoque id opportunum erit sine ignominia constantia virorum, imò sine iniuria inconstancia rerum, quarum bracteata inanitas est, superficie tenus: laruae sunt, non sunt, quod ostendunt: sic cum larua satisfacies. Non amplius iure exigent, quam habent. Simulata sunt bona, & mala non peccat, qui cum his dissimulatus fit. Sana intestina non habent, non licet ob

G 5 ob

ob haec precordia tua lana corrumperet. Intus pars suo in solio cordis serena & candida fulgeat, torinsecus licet vestitus fuscus & feralis color. Neumò melius adulabitur mundo, nemo conformatior, quam qui solum trahat faciem, reseruet cor. Haec insolete mundi, aspectum dumtaxat sine medulla praebere. Impice te; cetera inde conicias: quotiens aliud, quam videbaris, suillii? Omnis hic rerum cursus, omnis fortunæ ludicra festinans appetit mihi, laruatorum ludus, cum per cohortes, obiecto vulnu, stringente manu faciem, cursum bini agitant: properant enim res,

Et quasi cursores vitæ lampada tradunt.

Currunt & simulante: compar his fiet, qui saltem se disimuleret.

Cap. 76.

Licet in amicorum cum amicis, in parentum cum fratribus, in beneficorum cum coalumnis temperate deflere mortem, non perdere pacem. Summa illa Numinis indulgentia ita prouisit: si malum videtur, larva est; in bonum cadet. Ut bene vivamus, superfluit de nobis: non est, cur desideremus aliquid, ut vivamus; & hoc ipso, ut miserè vivamus. Hęc optima conditio nostra est, ut gratis sit vita beata, non miseria. Illa non rebus, int̄o nec cupiditatibus egit: quinimò haec sunt, quibus minus egeat. Miseria sine desiderio non est, nec datur sine pretio cupiditatis. Suppetit ad id, quod maius est, letam vitam; cur ad id, quod minus est, vitam, egenos nos, superfluis putabimus? Dum fulmina fortunæ non valent concidere, & tam valide percillere voluntatem,

vt

vcilline frusta resiliant, (quod non valebunt,) integra omnia nostra sunt, & suam integratam pacem, cor integrum reseruant. Horridam hac obſervant speciem; sed pueris dumtaxat. Reuelle fidam cassidem malum, que atterit, inuenies inibi bonum. Decessimè, qui tua, vt mater, follicitabat; vt pater, prouidebat; vt soror, studiebat? Fortisœ præstantiora officia adnacentur ex hoc decelsum nunc latent. Parentes interdum, vt ludant cum dilectis infantibus, personam sumunt alienam, & deformem. Terrentur paruuli; sed statim reiecta larua inueniunt patrem, matremve fuisse: rident tunc, assultantque in amplexus: astutia deinde nota, repetitam iam non formidant personam: noscunt subinde latere matrem, aut nutricem; iam cum ipsa larua luftant, matrem balbutiunt. Quem non terreret vis malorum sanctum Iob inuadens, vultus horridus, post liberorum, substantiæque iacturam vicerit pessimo iacere? Vbinam? Nosocomium illi sterquilinum fuit, vndeque famam fontificans, seu potius flagrans. Vermes pro piftatione duxit. Quæ malorum facies atrocior? Sed non pertinefecit virum, qui tam aberat, vt mala haberet, vt collætus lufstaret scutiente vermiculo. Detraxit rerum personatum gestum; inuenit ibi maiora bona, officiosa pietate; nec paternas cutas, nec materna vifera, nec germana obsequia desiderabat. Putredini dixit: Pater es: mater mea, & sutor mea, vermis. Cortex ille malotum fuit, nucleus, substantiæque bonorum.

Vclu:

Velut pueri nucibus, his malis crutatis viri ludunt, obduri, infra dictique aduersus calamitatem. Infringunt illam, & abieciunt deum putamine medullam sciunt edere suauem. Cum itaque personata, & facialia sint omnia, cum persona & facie tenuis, faciemus sine iniuria satius.

Cap. 77.

Quid aliud monuit ciues Corinthis diuinus Paulus? Qui flent, inquit, tanquam non flentes; & qui gaudent, tanquam non gaudentes; & qui emunt, tanquam non possidentes; & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Figuratam, scilicet larualémque societatem cum mundo permittit: audias rationem; insitiam istius agnoscere societatis. Praterit, inquit, figura huius mundi. Figurem solūm, personamque obiectantes concito prætererunt cursu res, vadunt, curruunt, transeunt. Quo rogabis. Meta, nihilum est: euaniunt, non sunt, ut fumus ē camino:

Omnia præterem, ut inanis in ære sumus.
at Dionythus Lyrinensis. Illis nos exhibemus similes, laruatis etiam. In imagine, excursuque satisfaciamus, ut ipsa solūm nos volum festinā satisfacere specie. Flere, & non flere gaudere, & non gaudere; vti, & non vti; non compones, nisi laruatis aliud lateat, aliud pateat. Patent oculi pluentes imbibes lacrymatum later animus delubitus muliebri risu. Frons Heracliti foris; cor Democriti intus. Persona animi, frons est. Siue fortasse aspergit Paulus theatrales tunc temporum ritus, cum personati mimi, & instruēta sce na mutatius, versibilis, ductilibusque figura-

ris,

In alienis casib. dissimulanda constantia. 109

ris, alii post alias succedentibus; quæ, cùm, ut fabularum mutationes, aut Deorum aduentus, cum tonitribus repentinis erant futuri, procurante præterebant veritura, & specie exomatioris prime clapiæ, facies alia ostendebatur figuræ. Mundum, magnum puta theatrum; Magistrum Comœdiae, Deum; mimos, homines; exornationes, figurásque scena, res istas decursu solūm apparent, successione festinā mutatorias.

Quid aliud maiestas Alyrij imperij fuit, nisi Cap. 78.

ductilis, tractitique figura scena? Praterit: succedit alia veritura, regnum Medicum, & Persicum: hanc prætereuntem Macedonica potentia sequuta: euaniuit etiam hac figura subsequente Romana disparitura quoque. Non sunt immortalia regna mortaliuum; non digniora autoribus. Vbi nunc Ninus, Semiramis, Zames, Aralias? Vbi Arbaces, Mandanes, Sofarmon, Articarmines? Vbi Cyrus, Cambyses, Darius, Xerxes? Vbi Alexander, Arideus, Cæsander, Antipater? Vbi Antigonus, Ptolomæus? Vbi Iulius, Octavianus, Tiberius? Vbi magni isti Patriarchæ ambitionis, radices imbelles gloriæ Alyriae, Medicæ, Persicae, Macedonicae, Asiaticæ, Syriae, Ægyptiæ, Romanæ? Vbi illi primores factus, & libidinis pincerna? Vbi primogeniti illi fortuna, ant quos, ut passer ante milium, filius Orbis? Quomodo nunc de illis silent? Balæus, Ammatrites, Altadas, Mamitus, Mancalæus, Sterus, Mamelus, Sparetus, Ascatades, Bellopores, Lamprides, Lampares, Paryas, Mitreus, Tautunes,

Tincus,

Tineus, Pyriades, Ocrasipes, Sardanapalus; hic interitus notus, infamia famosus: ceteri, nec vita, nec gloria: vix aliud quam nomina, velut olla gloria, reliquerunt. Solum est eorum fuisse, solum noscimus transiisse. Ipsa nomina non agnoscet fortasse; nec sunt multa: adeo ruinas gloria; quam tamen solam non mortalem putare habere mortales. Falluntur: nec pignora sui cadaveris, nec titulum sui sepulcri reliquit: iam mortalior est mortuis gloria mortalium. Illorum siquidem restant silentio ossa, restant dentes post funus viuaces, post cineres immunes, post ignes frigidii. Fama tandem edentula sit, & sine igne perit, immo sine aere, dum vox deest, cui vita est loqui. Laruata omnium felicitas praeteriit: plurim sine occipe eusit, nec in ipsa fuga tergus ostendit. Si imperia illa, haec, inquam, onera orbis alleuata dilparuerit, quid fieri his, quas tractamus paleas rerum, festucas, penulas: illa regna ingentibus confixa viribus, earum coloniam mundum diceret: urbes ipsas validis munitas mcnibus, non ariete, sed nec fulminibus quassandas crederes: numerosis exercitibus, quibus campi angustiae erant, vniuersum mortalium genus peregrinum putares: sanctis, quod plus est, prudentissimisque legibus, Oracula iuripicareri, & suspiceres: non habuerunt pignora status, nec tu: ri haec omnia invaluere, quominus fortunam ibi radicatam, non videmus reuersam. Quomodo nos, sicca, deciduaque folia nostra, valide concussa flatu, tanquam ater-

In alienis casib. disimulanda constantia. 111
na habemus: Sublevantur omnia, & suis ruinis a nobis attolluntur, tam felici, certoque curia proferant, vt non morentur casu; cadentia tunc magis elabuntur, currunt. Quidquid pretiosum est in mundo, inaurata nullitas, purpuratum nihilum est, sub persona in suum domicilium, integrum, procurent. Prooperationem iniqua sui conscientia incitat, ne agnoscamus in mora, & dicernamus laruum; pudeatque comprehendens agnitionis, comprehendentis amoris.

Itaque iure Paulus ex his rerum verisibilibus, *Cap. 7.* prætereuntibusque figuris collegit, nos quoque licere personam obducere, vt suis theatrum consuet officiis, simisque Actores fabulae. Hi domflent, non dolent; dum emant, non possident; dum inbent, sine imperio sunt; dum videntur, sine visu; dum obiurgantur, sine vindicta; dum obiurgant, sine ira: agunt, scilicet, alienam vitam: vitam & nos. Eleganter pulchrum hominis canit Theologus,

Zivis τ. διλότριος ζεῦς βίον.

Vivere alienum.
Quia nemo alienis rebus afficitur, qui vixerit *etiam vita* alienam vitam sine affectu: id est, sius erit: omnia, vt histrio, fabulam putabit. Salutare istud consilium, etiam vt tibi confulas, cape, non ab aliquo Musonio, aut Telete, aut Epiceto, qui te histrionom quoque mundi, &c, vt iste ait, hypocritam dramatis monet fieri. Cope ab ore Dei, & Doctore mundi, Paulo. Talem personam age, qualis à Magistro designetur, qualem ipse velit. Suprema illa, æternaque Mens huius mundani

dramatis

dramatis Magistra est, & Poëtria: illa personas inducit, & diltribuit. Breuem dedit non quaras longam: egenam: non petas regiam: quamlibet tribuerit, eam ingeniose repræsentat. Tui muneris solum est commissum perlonam apte effingere, non eliger: hoc Magistri est. Si dedit agere mendicūm, ægrotum, claudum, humilem, calamitosum; hoc cura, vt bene agas, non vt aliud. Non est gloria Actoris fabulae, quod repræsenter angustissimum Principem; sed, quod bene. Maior laus est, si stultum, aut mendicūm, aut flentem apte simulet, quam si Philosophum, & Regem. Id etiam, tanquam bonus histrio, qui non solum bene Prologum, sed & medium, & catastrophē fabulae agit, cures primordia, medium, & finem vitae recte agere. Is optimus repræsentandi modus, si actione apte exprimatis idem, quod ore: si opere repræsententes doctrinam.



LIBER

LIBER SECUNDVS,
DE ARTE
VOLUNTATIS.

APPENDIX I.

Tolerantia, & temperantia rerum.

Nunc restitu me operæ. Inſt^{ta}m, & appendam alia. Sub eamdem recutiam incudem ferum idem. Plures ictus eunt extra, plures irriti, vt aliqui certi pangantur. Ad amoris modum redeo, quia fixam sibi, constantemque voluntatem velim. Repetā partim eadem. Non vna, aut altera malitia clausus figitur, plures repetis, deinde tentas, rursusque recutis, donec firmum videris. Neque tantum erudire exopto virum, mallem facere. Breuis est doctrina beata, id est, bona vita; ipsa tamen opus prolixum est, & difficile suaderi, quod facile dici: omnium quippe res facilissima, & in promptu est, bonum esse, si alia eruditemur, quam Antisthenes dixit necessaria;

H. riam;